

1600 maig 16. Barcelona

Joan Amat, corredor d'animals de Barcelona, ven a Francesc Uguelet, corredor d'orella de Barcelona, una peça de terra erma d'aproximadament un jornal, que té en el territori de Vilafranca, al lloc dit la Sembra Morta, pel preu de trenta lliures barceloneses. Joan Amat té aquesta peça de terra pel priorat de Sant Sebastià dels Gorgs, annexat per autoritat apostòlica al monestir de Santa Maria de Montserrat, a cens de sis sous de moneda barcelonesa anual, que es paguen per la festa de sant Miquel de setembre. A continuació Joan Amat reconeix rebre aquesta quantitat de la següent manera: vint-i-cinc al comptat i 5 dipositades a la taula de canvi de Jaume Bru i Francesc [...] de la ciutat de Barcelona.

A. L'Hospitalet de Llobregat, Arxiu Municipal. Al dors «Venda feta per Joan Amat, corredor de animals, ciutadà de Barcelona, ha mossèn Francesch Uguet, corredor de orella, ciutadà de dita ciutat, de una peça de terra campa situada en lo territori de Vilafranca de Panadès, en la partida dita Sembra Morta. N° 26».

In Dei nomine. Noverint universi quod ego, loanes Amat, curritor animalium, civis Barchinone, gratis et ex mea certa esciencia, per me et meos heredes | et sucesores quoscumque, vendo et venditionis titulo consedo vobis, honorabili Francisco Ugelet, curritori auris, civi Barchinone, et vestris in hic successoribus et quibus volueritis, perpetuo, totam | illam petiam terre campam in se unum jornale vel inde continentem, contigua, cum introitibus, exitibus omnibusque iuribus et pertinencis suis universis, quam ego titulis meis certis et legitimis et antiqua possessione vem titulu habentis habeo et possideo in territorio Villefranche Penitensis, apud locum dictum Sembra Morta, et tenetur dicta petia terre per prioratum | Sancti Sabestiani de Gurgitibue, monasterio et conventui Beate Marie Montisserrati auctoritate apostolica unitum, annexum et incorporatum, et sub domino et alodio eiusdem, ad censum sex solidorum | monete Barchinone anno quolibet, perpetuo, solvendorum in festo santi Michaelis mensis septembris. Et terminatur dicta pecia terre ab oriente cum

honore honorabilis Estefiani Barceló, mercatoris dicte ville, [ville]¹ | qui ante fuit honorabilis Francisi Calendar, quondam, burgensis dicte ville, a meridie cum honore heredum quondam Mageí Gasparis, ferre[rrii] et de Caldes, quondam, domicelli, dicte ville domiciliatis, ab occidente et | a circio cum honore heredum seu successorum honorabilis Petri Coll de Sansa, quondam, notarii et burgensis dicte ville quodam, margine mediante.

Hanc autem venditionem et ex causa huiusmodi vendi- | tionis concessionem facio ego, dictus venditor, vobis, dicto emptori, perpetuo, de predictis, sicut mellius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam inte[llectum]. | Extrahens predicta que vobis vendo de iure, domino et posse mei et meorum in his successorum eademque omnia et singula in vestrum vestrorumque ius, dominium [et potestatem] | transfero irrevocabiliter pleno iure, ad habendum, tenendum omnique tempore perpetuo pacifisse possidendum, sine contradictione et impedimento mei et meorum in hiis [successorum, promi-] | tens vobis tradere vobis vel cui volueritis loco vestri, possessionem corporalem seu quasi predictorum que vobis vendo et circa vos aut vestros facere existere perpetuo pociore [...] | quibuscumque creditoribus vel vos aut vestri si volueritis positis ipsa possessionem corporalem seu quasi libere apprehendere et apprehensam penes vos et vestros libere et licite retinere. Ego enim, interim et donec dictam possessionem vobis tra- | didero vel vos eam apprehenderitis ut est dictum, fateor et constituo me predicta que vobis vendo pro vobis et vestri vestroque et eorum nomine tenere et possidere seu quasi sciens illum | de iure possidere curiis nomine possidetur. Volens et expresse consentiens que vigore horum verborum et ex iurie ministerio et dispositione ipsa possessio corporalie seu quaci sit | et habeatur in vos et vestros pro itere tradita et translata ac si per me vobis tradita extitisset realiter, corporaliter et de facto. Preterea, ex causa huiusmodi venditionis et alis suo ut melius et | plenius de iure valere poterit et tenere, do, cedo et mando vobis et vestri et quibus volueritis, perpetuo, omnia iura omnesque actiones reales et personales, mixtas, utiles et directas, ordinarias et | extraordinaria et alias etiam quascumque mihi competentia et competentes, competereque debentia et debentes, in predictis que vobis vendo et contra etiam

¹ A partir d'aquí el pergami està malmès pel marge dret, la qual cosa impedeix una lectura correcta d'algunes línies.

quascumque personas, bona | et res ratione et occasione eorundem. Quibus iuribus et actionibus predictis possitis vos et vestris et quos volueritis, perpetuo, uti, agere et experiri, agendo scilicet respondendo et defendendo, excipiendo, pro- | ponendo et replicando et omnia alia et singula faciendo et libere exersendo in iudicio et extra iudicium quecumque et queadmodum ego facere poteram ante presentem venditionem iurium | et actionum cessionem et possem nunc et etiam postea quandocumque. Ego enim, facio et constituo vos et vestros in his dominos et procuratores ut in cum vestram propriam ad faciendum | inde vestre libitum voluntatis obstaculis cessantibus quibuscunque. Salvis tamen semper in et super predictis que vobis vendo dicto censo dictorum sex solidorum in dicto termino solventur et alias iure [...] | firma et factica triginta dierum et alio quolibet iure dicti reverendi monasterii et sui reverendi abatis nomine eiusdem et suorum et salvo inquam laudimio sive tertio inde pro [...] competentis.

Precium vero predictae pecie terre quam vobis vendo est triginta libre monete Barchinone. Et ideo, renunciando exceptioni pecunie non numerate, non habite et non recepte et | actionique in factum et omni alii iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus quovis modo, dono et scienter remitto vobis et vestris in hiis successoribus si et quan[tum] [...] | hi licet et non alias aliter nec alio modo si quid pecia que vobis vendo plus modo valet aut modo valevit pretio antedicto, insuper convenio et bona fide promitto vonis [dicto] | emptori et vestris in hiis successoribus quod predicta que vobis vendo, simul cum omnibus melioramentis et augmentis que ibi faceritis vos et vestri, faciam vos et vestros et quos volueritis | habere, tenere, percipere et possidere in sana pace, perpetuo, contra omnia personas quocumque tenebor vobis et vestris semper de firma et legali eviccione et legitima deffensione eorundem et de | restitutione ac refectione omnium missionum, sumptum, dampnorum et interesse litis et extra et etiam iuxta pactum inter me et vos in [limimine] predictis contractus initum et | conventum in hunc qui sequitur modum, quod si forsam aliqua persona vel persone ullo unquam tempore facerent, proponerent, moverent seu etiam intemptarent contra vos vel | vestros in hic sucesores actionem aliquam, questionem, petitionem vel demandam, litem vel controversiam, de iure vel de facto, in iudicio vel extra iudicium, aut alias in predictis | que vobis vendo vel aliqua eorum parte aut ratione seu occasione eorundem, convenio et promitto vobis quod incontinenti cum inde

a vobis vel vestris fuero requisitus opponam | me et mei opponent se deffentioni vestri et vestrorum in his successorum cuilibet inde querellanti seu querellantibus et agam et ducam et mei agent et ducent ipsas causam seu causas | accipinat et mei accipient totum onus litigis meis et meorum propriis missionibus et expensis a principio videlicet litis usque ad finem inclusive vel vos aut vestri si volueritis possitis et | veleatis ipsas causam seu causas agere et ducere per vos ipsos et hoc sit in electione vestri et vestrorum in his successorum. Ego enim remitto vobis et vestris ex pacto necessitatem denunciandi et appellandi et si[...] | vel vestri elegeritis ipsas causas seu causas agere et ducere per vos ipsos sive non, in dicto casu convenio et promitto vobis, dicto emptori, et vestris in his successoribus quod dabo, solvam, [...] | et emendando vobis et vestros ad vestrum et eorum voluntatem indilate omnes et singulas misiones, sumptus, dampna et interesse que [inde] sustinueritis et sustinuerint quoquo modo [...] | dabo vos et vestros super premisis perpetuo indemnes penitus et sine dampno. Super quibus quidem penis, misionibus, sumptibus, dampnis et interesse predictis credatur et [credi ...] | et vestris vestrorumque et eorum plano et simplici verbo vel saltim solo simplici iuramento, quod vobis et curie nunc pro tunc deffero et pro delato id penitus haberi volo ex pacto [...] | alio probationum genere requisito Et pro predictis et infrascriptis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis, tenendis et inviolabiliter observandis, obligo vobis et vestri in hiis succe- | soribus omnia et singula bona mea mobilia et immobilia ubique, habita et habenda, etiam quovis modo et iure privilegiata. Renunciando quantum ad hec omni cuiuscumque iuri his obviam | venienti. Et ut preterea omnia et singula maiori gaudeant firmitate, non vi nec dolo sed sponte iuro et animam meam per dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia manibus | meis corporaliter tacta, predicta omnia et singula semper rata, grata, valida atque firma habere, tenere et observare et in nullo contrafacere vel venire aliquo iure, causa vel etiam ratione. Hec igitur, | omnia et singula que et pro ut dicta sunt supra et promissa, facio, paciscor, convenio et bona fide promitto ego, dictus venditor, vobis, dicto emptori, necnon notario infrascripto tanquam | publice et autentice persone hec pro vobis, vestris et pro aliis etiam personis omnibus et singulis quarum interest et intererit recipienti, paciscenti hac etiam legitime stipulanti.

Actum | est hoc Barchinone, die decima sexta mensis marcii, anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo.

Sig(*senyal*)num Ioannis Amat, presbiteri, qui hec laudo, concedo, firmo et iuro.

| Testes huius rei sunt Ludovicus Miralles, mercator, et Iacobus Font, parator pannorum lane, omnes cives Barchinone.

Libere apprehendere et appre- | *hensam penes vos et vestros; que vobis vendo; in his successorum*, ita aprobat Simeon Argenter, notarius infrascriptus hec propria scribens, |

Ego signum Thomas Rajadell, monachus professus monasterii Beatae Mariae de Montserrat, procurator, economus et actor reverendi admodum domini | abbatis et venerabilium monachorum conventus eiusdem monasterii, prout / de mea procuratione, economatu et actoria constat instrumento testificato per | Franciscum Pedralbes, notarium publicum Barchinone, die XXI mensis aprilis, anno domini M D LXXXX IX praedicta ratione dom[inii et] | iuribus praedicti monasterii in omnis semper salvis. |

Sig(*senyal*)num Simeonis Argenter, publici regia auctoritate notarii Villefranche Penitensis barchinonensis diocesis per totam | etiam Cathalonie principatum, qui hec scribi fecit et domini ratione firmet ut supra patet roga- | tus et requisitus clausit |

B CH Rubrica |

Sit omnibus notum quod ego, Ioannes Amat, curritor animalium, civis Barchinone, confiteor et recognosco vobis, honorabili Francisco Ugelet, curritori auris civis Barchinone| quod modo scilicet infrascripto dedistis et solvistis michi omnes illas triginta libras monete Barchinone pro quibus sive quarum precio vendedi et vendicionis titulo concessi [vobis et vestris] | et quibus volueritis, perpetuo, totam illam peciam terre campam in se unum jornale vel inde circa continentem, cum introitibus, exitibus omnibusque iuribus et pertinentiis suis [universis] | quam vos inferius calendate venditionis vigore habetis et posidetis prout ego ante habebam et possidebam in territorio dicte Villefranche Penitensis, apud locum dictum Sembra Morta et [...] | tenetis prout ego ante tenebam per

prioratum Sancti Sebastiani de Gurgittibus monasterio et conventum Beate Marie Montisserrati auctoritate apostólica unitum annexum | et incorporatum et sub dominio et allodio, ad censum sex solidorum monete Barchinone anno quolibet, perpetuo, solvendum in festo sancti Michaelis mensis septembris [primo venientis] | ut hec latius videri et cerni possunt in dicta venditione de qua publicum fuit receptum et testificatum instrumentum penes notarium insfrascriptum die presenti et infrascripta. Modus | vero solutionis dictarum triginta librarum talis fuit et est, quoniam dedistis et solvistis mihi realiter et de facto numerando voluntati mee in pecunia numerata viginti | quinque libras, restante vero quinque libras dixistis et scripsistis et seu dici et scribi facistis mihi in tabula cambii honorabilium Jacobi [Bru] et Francisci Pobla, merca- | torum et camporum civitatis Barchinone, quas solutiones sic factas, gratas et exceptas habeo de et cum presenti. Et ideo, renuntiando exceptioni pecunie non numerate, non habite et non recepte | et doli mali, actionis in factum et omni alii iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus quovis modo. In testimonium premissorum presentem vobis facio apocham | de soluto bonumque et perpetuum finem pactumque firmissimum de ulterius aliquid non petendo et de non agendo solemni stipulatione vallatum in manu et posse notarii insfrascripti [sti]-| pulantis et legitime recipientis.

Actum est hoc Barchinone, die decima sexta mensis magii, anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo.

Sig(*senyal*)num Ioannis Amat predicti, | qui hec laudo, consedo et firmo.

Iuribus; franche Penitensis; et; ita approbat Simeonis Argenter, notarius insfrascriptus hec propria scribens.|

Testes huius rei sunt: Ludovicus Miralles, mercator, et Iacobus Font, parator pannorum lane, omnes cives Barchinone. |

Sig(*senyal*)num Simeonis Argenter, publici regia auctoritate notarii Villefranche Penitensis, barchinonensis diocesis, per totum | etiam Cathalonie principatum, qui hec scribi fecit et clausit, constat de literis correctis et emend[atis] | in línea VIII^a ubi corrigitur *dixistis; Iacobi Bru*.